



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

[Immanitas]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Plerique magis actiones aliorum, quamlibet prauas, imitantur, quam infortunia eorum cauent, Dion lib. 53.

Immanitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Immanitas, atrocitas, immisericordia, saeuitia, crudelitas, ira crudelis, audax asperitas, ferocitas beluina, ita vt immanes, non homines, sed beluae esse apparent. Hebr. Actar, & Acteryt...

Qui discordias ferunt ira stimulant inter crudelitatis & immanitatis magistros censentur: qui vero libidine sola aliorum rixas & contentiones spectandi ducuntur, morosi & inhumani dicuntur.

Naturae iniuria fit, & humanitatis ius ab eo violator, qui iracundiae ultra victoriam indulget, Nicet. ad Acom. in Balduino Flandro.

Solet humanum ingenium in magna fortuna & inspecta victoria humanitatis obliuisci, nisi incerta fortunae momenta singulari prudentia moderetur. In pugna quidem & acie quidquid exultationem habet, cum ratio oppellat, & manus (velut ebria) mentem non reguntur. Verum periculis iam propulsi, & animo aereu sedato, ac tranquillitate menti restituta, saeuire, & ab officio decedere, improbi animi est argumentum. Niceph. Gregor. hist. lib. 6.

Immani, Immanis, pro aspero, nocente, fere sumitur. Virgil. Georg. 4. Immanem ante pedes hydram moritura puella Seruantiem ripas alta non vidit in herba. Et Aeneid. i. Pygmalion cognominatur immanis. Immania Saxa, i. aspera, horrenda. Immane nonnumquam quid ingens, magnum, saxum denotat. Pretii immanitas apud Plinium, lib. 35. c. 11.

Vide Tit. Crudelitas, Inhumanitas, Morositas.

Immobilitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IMMOBILIS, Graece ακίνητος. 4. 6. 6. dicitur. Immobile dupliciter dicitur, scilicet immutabilitate rei, vt Deus, & necessitate veritatis, vt propositiones necessariae. B. Thom. in quod. de Seruitate, quod. 16. artic. 1.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Quod ita motum adest, vt id non sit quo mouet, ac omni motu est liberum, l. 8. de Nat. c. 5. Tex. 37. Arist.

Id quod primo loco mouet in omnibus quae motu cidentur, ab omni motu est liberum, l. 8. de Nat. Tex. 44. Idem.

Immobile est, & quod omnino moueri non potest, & quod longo tempore vix mouetur, & quod seruo incipit: & quod per se quidem naturaeque vi moueri potest, sed non mouetur quando, quo, & quomodo eius natura fert, quod quidem vnum eorum quae imobilia sunt dico quiescere, lib. 10. Metaph. c. 10. & lib. 5. de Nat. c. 2. Tex. 20.

Fortunae affectiones, & locus, ad quae mouentur aut mutantur, quae mutantur, imobilia sunt omnia, l. 10. Metaph. c. 10.

Immobile non omne quiescit, sed quod motu priuatum est, apud autem natura moueri, Idem phys. 4. c. 6. Tex. 118.

Immobilia mouentia per accidens continue mouere nequeunt, ergo primum mouens erit immobile, & non mouebitur per accidens, Idem phys. 8. sup. 2. c. 5. Tex. 52.

Immobile mouens semper vno mouet motu, quia nihil ipsum mutatur ad id quod mouetur, Idem, ibid. Tex. 53.

Immobilia ac sempiterni consideratio nec ad Physicam, nec ad Mathematicam pertinet. Non ad Physicam, quia non conuenit considerantem mobilia & inseparabilia immota & separata contemplari. Non ad Mathematicam, quia licet haec de immobilibus differat, non tamen de inseparabilibus, sed quae in subiecto sunt atque materia, Alex. Aphrod. in 5. meta. c. 4.

Aures homini tantum, imobiles, Plin. l. 11. c. 37.

Scopulis imobilior. Adag. Ouid.

Solus, immobilis haeret. In entos volvens oculo, Virgil. Aeneid. 7.

DDD 2 Impa-

quoniam essent, his essent. Themistocles enim fugit ad Persas, Peris manit Athenis, Flut. in Rom. apoph. ...

SEMILITVDINES. Cum ex infantibus loquentes non fiant, nisi locuti ...

EXEMPLA BIBLICA. Iudas, 1. Reg. 14. 22. 23. Abias, 15. ...

PROFANA EXEMPLA. Africanus Cyrum Xenophontis: C. Iul. Caesar. Alexan- ...